

Urkundenbuch der Reichsabtei Hersfeld. Erster Band (Ed. Weirich) Nr. 14

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum omnibus fidelibus nostris praesentibus et futuris. Quicquid aenim Iods venerabilibus ob amore domini et oportunitate servorum dei iuste petentibus condonamus, regiam consuetudinem exercimus et hoc nobis ad remedium animae nostrae vel stabilitatem regni in dei nomine pertinere confidimus. Idcirco notum sit vobis, eo quod nos talem beneficium circa monasteriolum, quod est situm in honore sanctorum apostolorum Simonis et Thathei, qui vocatur Eruluisfelt, ut decima de Hassega de comitatos, quos Albericos et Marcoardus nunc tempore tenere visi sunt, quicquid de ipsis ingenum hominibus exactaverunt, id est iam dicta decima, ut ad ipso monasteriolo Eruluisfeld, ubi Lullo episcopus rector adesse videtur, vel monachis ibidem deo servientes per tempora proficere debeat in augmentes. Propterea hanc preceptionem auctoritatis nostre conscribere iussimus, per quam vobis rogamus, ut nullus de vobis neque de iudiciaria potestate prefato Lolloni episcopo vel qui fuerint per tempora rectores ipsius cellole, calumniam vel contrarietatem quoque tempore facere non presumatis, sed, ut diximus, illa decima de Hassega, que de illos duorum comitatos comites nostri exactaverunt, ut diximus, pro mercede nostra ad iam fata cellola vel monachis ibidem deo degentibus seu rectores eius, qui per tempora erunt futuri, proficiat in augmentes. Et ut haec auctoritas firmior habeatur vel diuturnis temporibus melius conservetur, anuli nostri inpressione subter posuimus. Signum Caroli gloriosissimi regis. Giltbertus advicem Radoni recognovi et Giltbertus advicem Radoni recognovi et subscripsi. Data VIII idus martiasanno XII et sexto regni nostri; actum Vurmasia civitate publica; in dei nomine feliciter.